

Oviculam-Rosinam
Apiculam-Rosinam,
Formiculam-Rosinam,
Columbulam-Rosinam,
Palumbulam-Rosinam,
Formosulam-Rosinam,
Iocosulam-Rosinam,
Feraculam-Rosinam,
Feroculam-Rosinam,
Rosibellulam-Rosinam,
Rosæ æmulam-Rosinam,
Eburneam-Rosinam,
Immò auream-Rosinam,
Vxorculam-futuram,
Tibi corculum-futuram,
Tibi costulam-futuram,
Tibi flosculum-futuram,
Tibi rosculum-futuram,
Tibi rusculum-futuram,
Tibi musculum-futuram,
Iuenculis in annis,
Grunere, cogitasti!
Nec hunc tibi Grunerum,
Tibi melculum Grunerum
Non-felculum Grunerum,
Virentulum Grunerum,
Vegetulum Grunerum,
Charite editum Grunerum,
Themide inditum Grunerum,
Phoebo satum Grunerum,
Peithô datum Grunerum,
Virunculum futurum
Tirunculum futurum

Puellulis in annis,
Rosina, credidisti!
Iuenculis in annis,
Grunere, cogitasti?
Mihi illa Barbarilla,
Pufilla, pumililla,
Sit vxor, & meum cor?
Puerisne tuq; in annis,
Rosina, cogitasti?
Mihi aureus Melampus,
Politulus Melampus,
Peritulus Melampus,
Facundus & jocundus,
Formosus & jocosus,
Venustus, haud-vecustus,
Coix sit & meum cor!
Sed tu Grunere-Nymphæ,
Et tu Rosina-Nympha,
Olim si ita cogitastis,
Inane cogitastis.
Quin veriora vero
Vobis mihi fateri
Si jam modo libebit,
Per vos met & licebit,
Fato favente votum
Connubiale solum,
Dicetis, hocce factum.
Ergo inquit: Novelli
Salvete avete Nupti!
Hunc prædicoq; ceston
Secundulo-beatum,
Beatulo-secundum,
Cum sit favente Fato,
Nec